This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

BR
854
R4

YC 99518

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.
GIFT OF
Greenwald Bros.
Class

NEUN TEXTE ZUR GESCHICHTE DER RELIGIÖSEN AUFKLÄRUNG IN DEUTSCHLAND WÄHREND DES 14. UND 15. JAHRHUNDERTS

HERAUSGEGEBEN VON ALEXANDER REIFFERSCHEID

FESTSCHRIFT
DER
UNIVERSITÄT
GREIFSWALD

- AUSGEGEBEN ZUM -
REKTORATSWECHSEL
AM 15. MAI 1905

GREIFSWALD 1905
DRUCK: JULIUS ABEL

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

BR 854
R4

I.

Ad hoc quod omnipotens pater per dilectum filium suum Jhesum Cristum in spiritu sancto vobis omnibus cristianis adaperiat cognicionem aut agnicionem et illuminet corda divine iusticie et manere in eis usque in finem perseveranter, hoc affectamus vobis pro salute.

venerabiles, providentes, honesti domini totaque communitas, divites et pauperes, audite et attendite singulari cum diligencia verba presentis littere vobis destinate de terra Bohemie.

sicut vobis constat et notum est omnibus et multis civitatibusque et aliis locis, regibus, principibus et dominis, quod infra certos annos inter nos et vos magna dissensio et discordia extitit, racione cuius contra nos conmoti ac provocati fuistis ad bellandum et ad exstirpandum. propter quod, proch dolor, non solum de parte vestra multi, verum eciam de parte nostra, viri nobiles et ignobiles inaniter vitam emiserunt, licet nunquam clare audieritis aut perceperitis de ore nostro fidem nostram, an illam possemus probare aut defendere ex sacra scriptura, vel ne. et cum hoc reges et principes, domini et civitates magnum dampnum receperunt.

qua ex re multum ammiramur, quod confidenciam et credulitatem habetis in papam eiusque clerum, qui dant vobis venenosam, excecatam, incertam seu incognitam consolacionem in hoc, quod ipsi vobis dicunt remissionem omnium peccatorum dantque magnas gracias ac indulgencias, quod debetis bellare contra nos nosque eradicare, cum indulgencie et gracie eorum nichil sint, nisi pura mendacia ac magne seducciones animarum et corporum omuium hoc credencium ac se super hoc fundancium.

qui vellemus probare et convincere ex sacra scriptura coram quibuscunque audire affectantibus, eo quod papa cum suo clero facit vobis, sicut diabolus voluit fecisse Cristo Jhęsu, domino

5 prosa lute 10 *nach* regibus *ist* et *ausradiert* 11 discensio 13 nondum 16 perciperitis 20 amiramur

nostro, scilicet quod Luce scribitur quarto capitulo: 'dia
duxit eum in montem excelsum valde et ostendit illi **omnia r**
mundi in momento temporis et ait illi: 'tibi dabo **potestatem**
universam et gloriam, que michi tradita sunt, et **cui volo,**
illa. tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua **omnia'.**
diabolus papam cum toto clero decepit cum diviciis **huius mu**
ac terrena potestate, estimantes se habere potestatem **dandi grac**
et indulgencias, cuicumque voluerint. cum tamen **nunquam cor**
omnipotenti deo graciam inveniant, nisi penitenciam **egerint**
satisfecerint pro magna seduccione cristianitatis. **quo modo er**
darent aliis, quod ipsimet non habent! ita fecit **diabolus, div**
in promittendo et inops et pauper in dando. et **sicut diaboli**
non veretur mentiri, sic nec ipsi dicere, quod nunquam **erit verun**
nec nullam probacionem habent ex sacra scriptura.

non enim instigant reges, principes, dominos ac civitates ac
bellandum contra nos propter fidem cristianam, ut defendatur
sed ne eorum occulta crimina ac hereses manifestentur seu publi-
centur. nam si haberent veram, iustam, divinam dileccionem ad
fidem cristianam, tunc sanctarum scripturarum volumina acciperent
ad nosque iter arriperent ac divinorum verborum armis adversum
nos bellarent, quod summe affectamus. nam ita appostoli fecerunt
domini nostri Jhesu Cristi, qui venientes ad Judeos et ad gentes,
de eorum perfidia converterunt et ad veram fidem domini nostri
Jhesu Cristi. et hoc fecerunt in spiritu lenitatis, quia dicitur ad
Galathas: 'fratres, et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,
vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis'.
ita deberent et ipsi, et si invenirentur iusti et nos iniusti et non
vellemus informari, et tunc in auxilium invocare possent reges et
dominos et omnia regna et civitates, et prosequi secundum sacre
scripture tenorem seu mandata.

sed hec est astuta argumentacio vel allegacio omnium epi-
scoporum ac sacerdotum, dicencium magistrum Huszen et Jeronimum
Constancie, crematos a sancto patre papa totoque concilio, fuisse
convictos. sed vos dicere debetis, quod convicti non erant cum
sacra scriptura, sed frivole et vera violencia, quod deus posset
graviter vindicare in his, qui consilium et auxilium prebuerunt.

preterea asserunt nullatenus admittendum, quod audiamur in
fide nostra. quomodo hoc approbare possunt per sacram scrip-

---

4 da 6 cuius d. 11 met 14 probacionem probacionem 17 manifestantur 20 ar *vor* verborum *durch untergesetzte Punkte wieder beseitigt* 25 et *über der Zeile nachgetragen* 28 exilium 37 admitendum

turam, quod non debeamus audiri, ex quo diu optavimus. Cristus Jhesus tamen, dominus noster, diabolum audivit, sicut scriptum est Mathei quarto. modo ipsi meliores non Cristo Jhesu, nec nos peiores diabulo. si sunt iusti, veritatem in se habentes, ut ipsi asserunt, et non iniusti, cur ergo timent nos, cum veritas timere non habeat mendacium, sicut scribitur secundo Esdre nono capitulo, ubi Zorobabel ait: veritas magna et forcior est pre omnibus, quia Cristus, dominus noster, veritas est et sermo eius, sicut ipsemet inquit Johannis decimo quarto capitulo in ewangelio: 'ego sum via et veritas, nullus potest venire ad patrem, nisi per me.' sed diabolus est principium mendacii, sicut scriptum est Johannis octavo: 'ille erat homicida ab inicio et in veritate non stetit, quia in eo veritas non est.'

quapropter si papa totoque cum clero pro se veritatem habent, sine dubio ipsi divinis verbis nos superabunt ac vincent. si vero falsitatem pro se habuerunt, absque fallo, non poterunt probare eorum oppinionem et intencionem.

quapropter dilecti, honesti domini et cives, divites ac pauperes, vos ammonemus et propter divinam iusticiam, quatenus uuus alteri velit intimare ac pandere, qualiter possemus vobiscum convenire ad diem tractatus amicabilem, securum, certum, convenientem vobis et nobis, et adducatis episcopos et doctores, et adducemus doctores nostros. et permittamus illos pugnare verbo dei, et attendatis vos et nos, nemoque superet alterum violencia, vel mala astucia, sed solum verbo dei. et si vestri episcopi et doctores meliores probaciones sui fidei ex sacra scriptura habuerint fidesque nostra iniusta inventa fuerit, tunc volumus emendacionem et penitenciam facere secundum ewangelium. si vero vestri episcopi et doctores superati fuerint ex sacra scriptura, tunc agite vos penitenciam et accedite nos et teneatis nobiscum. si vero vestri episcopi et doctores ac sacerdotes dimittere nolent spiritualem superbiam et emendacionem vel penitenciam agere, tunc volumus vobis assistere cum tota nostra potencia, coartando et cogendo illos, ut se emendent et convertantur, vel eos extra cristianitatem expellere.

sed si vestri episcopi et doctores dicerent: 'non spectat ad laicos, ut intersint et audiant', hoc aliter intelligere non debetis, nisi quod timeant superari et confundi coram hominibus et vere-

---

2 tamen *am Rande nachgetragen* 6 12mo 4to 7 Zorobobel 8 met 17 probare *fehlt* et intencionem *am Rande nachgetragen* 18 domini et cives *fehlt* 19 amonemus 22 adducere 26 habuerint *verb. aus* habuerunt 33 convertentur

cundiam pati. nam si sperarent, se victoriam habituros, dubio affectarent, quod multi audirent, ut eorum honor maior eorumque laus et fama dilataretur super terram.

si autem vestri episcopi et doctores vobis consulerent, ut inire conflictum nobiscum, nec audienciam dare, et in hoc sequi volueritis, facite unum, scilicet nunquam permittatis, vos fatue seduci ut cum eorum falsis indulgenciis, sed manete domi vestris uxoribus, pueris et possessionibus, et permittatis papam manum cum omnibus suis cardinalibus ac episcopis, nec non cum t clero, ad nos venire personaliter, nobiscum ad bellandum, et ind gencias et remissiones peccatorum ac gracias, quas vobis dant pronunciant, per se promereri, cum ipsimet indigeant remissio peccatorum, gracia ac indulgencia. vellemus omnipotentem deu in adiutorium sumere et eis indulgencias ad sufficienciam dar

sed est astutus sermo eorum, eo quod asserunt, sacerdote corporaliter cum armis bellare non debere. verum est, ad eo non pertinet, ita modicum pertinet ad eos, pertinet, alios ad ho exhortari aut consulere ac animare, quia dicit Paulus in epistula ad Romanos primo capitulo et ad Galathas quinto: 'quia tales regnum dei non consequentur', et ad Romanos primo: 'digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed et qui consenciunt'.

et si nolunt aliud facere ad hoc, nisi bellare contra nos, tunc deum recipere in adiutorium volumus et suam veritatem, et nos defendere et protegere usque ad mortem, et nolumus ex- pavescere nec timere maledicciones et excommunicaciones pape suorumque cardinalium ac episcoporum. scimus enim bene, quod papa deus non est, sicut seipsum facit. ac si possit maledicere et excommunicare quemcunque voluerit ad libitum, et felicem facere, cum voluerit, quia multis annis nobis maledixit nosque ex- communicavit, tamen nos deus non minus iuvit. quare regra- ciamur sibi!

sed fortasse dicere possetis: 'licet iam bene cognoscamus et experiamur, quod episcopi et sacerdotes mali sunt et peccatores, tamen eis carere non poterimus, oportet nos eos habere. quis enim baptisaret pueros nostros aut confessiones audiret ac nobis sacramenta ministraret? et intraremus sentenciam excommuni- cacionis pape et suorum episcoporum.' preclarissimi, nullum eorum timere debetis, quia sentencia excommunicacionis pape non nocet

5 audaciam 10 nobiscum *am Rande nachgetragen* 11 *vor* ac *unterpunktiertes* q 11 dant et *am Rande nachgetragen* 12 per se promereri *fehlt* met indigeat remissioni 19 quinto] 2° 32 *vor* possetis *vom Rubrikator* non *gestrichen*

vobis. sed cavete a divina excommunicacione! deus enim, dominus noster, ordinabit, si vos malos episcopos et sacerdotes eieceritis, pro malis bonos habebitis, qui baptisabunt, confessiones audient et sacramenta ministrabunt. nam cum diabolus eicitur, spiritui sancto locus datur.

preterea asserunt vestri sacerdotes et episcopi, quod nos simus infideles et teneamus hereses, et quod non credamus purgatorium, non in Mariam virginem, nec in dilectos sanctos. et in hoc non bene dicunt, quia nos hoc deducere et probare ex sacra scriptura volumus, quod melius scimus de gracia dei, qualiter debeamus credere purgatorium et in Mariam, matrem domini, nec non in dilectos sanctos, quam ipsi possent dicere.

preterea eciam dicunt, quod non velimus obedire sancto patri pape. cum sanctus et iustus fuerit, tunc scimus, quod debemus ei obedire in omnibus et antea non.

demum ipsi dicunt, quod nos dissipemus et destruamus dei ministerium et divinum officium, in hoc quod evellimus seu frangimus monasteria, monachos et moniales expellimus, quanquàm estimabamus eciam, quod essent sancti et devoti, multumque deo servirent, et divinum ministerium devote peragerent. et postquam eos vere agnovimus et eorum vitam consideravimus ac opera, tunc recognovimus, quod ipsi sancti yppocrite et humiles nequam, venditores indulgenciarum et missarum defunctorum, sunt comedentes in se peccata populi.

in hoc quod dicunt, debere eis dari, se surgere media nocte aliis dormientibus, et orent et rogent pro peccatis hominum, unde eorum preces, oraciones ac misse, quas faciunt pro muneribus, nichil aliud sunt, nisi yppocrises et hereses. qua in re si eos expellimus et eorum claustra destruimus, per hoc non destruimus divinum officium aut ministerium, sed nidos diaboli scolasque hereticorum. si noticiam eorum haberetis, sicut et nos habemus, vos eos sicut nos diligenter destrueretis. quia dominus noster, Jhesus Cristus non instituit aliquem ordinem monasteriorum, ideoque oportet eos destrui sive ad statum pristinum reduci, ut dominus ait in ewangelio Mathei decimo quinto: 'omnis plantacio, quam non plantavit pater meus celestis, eradicabitur'.

propterea vos supplicamus, considerandum singulariter cum diligencia articulos subscriptos, in quibus vestri episcopi et sacerdotes sunt iniusti.

---

22 venditores indulgenciarum *am Rande nachgetragen* 25 debere eis dari *fehlt* 26 rogant 27 missas 31 et *über der Zeile nachgetragen*

primus articulus est, quod quando vestri episcopi ord i voluerint, quod hoc facere nolunt, nisi sufficiens patrimc habeat aut prebendam certam, a quo vel a quibus sufficien habeat. contra hoc, quod Cristus instituit sacerdotes, ut pau sint, quemadmodum Matheus scribit capitulo decimo: 'n possidere aurum aut argentum'. episcopi autem volunt, quod divites super terram, quod coram deo iniustum est.

secundus articulus est, quod episcopi ab ordinandis pecu exigunt, cum tamen sanctus Petrus Simonem magum dure red guit, eo quod terrena pro spiritualibus dare voluit. secund quod scriptum est in actibus appostolorum octavo capitulo, un Mathei decimo: 'gratis accepistis, gratis date'.

tercius articulus est, quod volentes prespiterari, sacerdociu intrant non propter divinam iusticiam, quod velint predicare ve bumque dei declarare inter cristianos, ut edificentur et emei dentur, sed propter ociosam vitam et bene comedere et bibere ac ut ipsi super terram honorentur et in reverencia habeantur quilibet enim taliter dispositus respectum habet ad suum sacer docium, sicut 'fur et latro', ut Johannis scribitur decimo capitulo.

quartus articulus est excommunicacionis sentenciã, quam papa cum toto clero suo pro se recipiunt, et cum illa cogunt et ligant populum cristianum, credentes, quemlibet ab eis excommunicatum et maledictum, quod ille excommunicatus et maledictus sit coram deo. nos vero probare volumus cum sacra scriptura, quod ipsimet coram deo sint excommunicati et maledicti, quod mandatum non servant divine dileccionis. de quo sanctus Paulus scribit prima ad Corintheos decimo sexto capitulo: 'si quis non amat dominum nostrum, Jhesum Cristum, sit anathema et maranatha'. id est, donec dominus veniat, quia ipsi ligare et excommunicare non possunt, cum ipsimet coram deo ac omnibus sanctis sint excommunicati et ligati. cur ergo eorum timetis excommunicacionem?

quintus articulus est, quod munera recipiunt, ut pro mortuis orent missasque pro defunctis legant. hoc totum iniquum et hereticum est coram deo. et omnes dantes aliquid, propter hoc malefaciunt. et iniuste facientes sacerdotes negociatores, vendentes eorum oraciones ac defunctorum missas, cum quo iam tota Romana ecclesia intoxicata ac infecta est. quod si orare vellent

---

5 4to 12 4to 19 v. 21 cum *vor* illa *über der Zeile nachgetragen* 27 prima *fehlt* 38 ecclesia *fehlt* intoxiata

aut missas celebrare pro defunctis, super quibus nemo peccare debet, tamen non deberent recipere multa nec pauca munera. omnes vero dona recipientes ad liberandas animas de purgatorio, proprias animas in profundum inferni demergunt. dantes vero huiusmodi totaliter data perdunt. quia tali astucia diaboli papa cum toto clero privavit seu exhereditavit reges, principes, dominos, milites et militares facientesque vasallos de patrimonio, quod eorum patres ac predecessores dederunt ad collegia, monasteria et ecclesias, ad hoc ut animarum eorum haberetur memoria, ac pro eis orarent missasque decantarent aut legerent, ut eripi possint a purgatorio. et cum talibus bonis se ditarunt ac potentes fecerunt episcopi, canonici ac monasteria, ita quod litigant, pugnant cum imperialibus civitatibus, principibus et dominis. et quam diu ipsi eadem bona retinent, tunc iniuste possident et tenentur restituere. et quamdiu ab ipsis non aufferuntur, non cessant litigare seu gwerras facere cum dominis et civitatibus. nec dicere incipiunt verum fundamentum veritatis, facientes ut canis, qui dum os rodit, tacet et non latrat. sic ipsi quamdiu dulce os delectabilium diviciarum habent, tamdiu nunquam bene in mundo stabit. quapropter omnes reges, principes, domini ac imperiales civitates opus magnum facerent nunc, quod illud dulce os ac divicias extraherent de ore aut gutture eorum, non respicientes, an per hoc ad iram provocarentur, ut canis, dum ab eo auffertur os.

ea propter nobiles, reges, principes, domini, imperiales civitates, singulique divites et egeni, si huc usque dormivistis, nunc evigilate aperiteque oculos vestros et aspicite calliditatem et astuciam diaboli, qualiter excecaverit Romanam ecclesiam, et ad vos respicite, et quod vestrum est, non ipsorum, ab eis aufferte. et cum volueritis facere bonum memoriale animarum vestrarum, tunc facite, ut sapiens Salmon dicit in Ecclesiastico vigesimo nono: 'conclude elemosinam in sinu pauperis, et hec orabit pro te et liberabit te ab omni malo'. et implete hoc in pauperibus domini, sex opera misericordie, que ponit Matheus.

sextus articulus est, quod sunt pleni superbia et elacione, quod palam videtur et cognoscitur in eorum longis et preciosis et superfluis vestimentis, et in quibus multum differenter seu dissimiliter a Cristo domino nostro incedunt, qui tunicam habuit inconsutilem, et similiter a dilecto Johanne baptista, qui vestimenta habuit de pilis camelorum. et ipsi volunt honorari ac in reve-

10 possunt 11 ditarunt *verb. a.* ditarent 18 diu *über der Zeile nachgetragen* 24 eo 31 sivis facere bonum memoriale, conclude 36 dissimiliate

rencia teneri, predicant et dicunt sacerdocium honorari, quo veniens esset et decens. sed nemo est, qui ordinem sacri docii plus inhonorat, confundit et plasphemat, sicut ipsimet eorum malis operibus, conversacione ac verbis malis, que c hominibus proferunt et faciunt. unde Paulus prima epistol Thimotheum quinto capitulo: 'qui bene presunt presbiteri, du honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et trina'. notate, quod dicit: 'qui bene presunt'.

septimus articulus est, quod sunt avari a maximo usque minimum, et ea racione dicunt multa grossa ficticia et ape mendacia venduntque sancta sacramenta, quod est magna here que deus gratis dedit ac dari iussit. nam sanctus Paulus in pri epistola ad Thimotheum sexto capitulo ait: 'radix enim maloru omnium est cupiditas seu avaricia. quam quidam appetent erraverunt a fide' et propterea derelinquerunt veritatem.

octavus articulus est, quod sunt communiter publici forn catores, quod bene videtur in eorum concubinis et liberis, gra dientibus per plateas, in spectaculum omnium hominum, faciente multorum virorum uxores adulteras ac filias, vel virgines deflorant easque ribaldas et concubinas sibi faciunt. unde sanctus Paulus ad Romanos capitulo primo et ad Galathas quinto et in prima ad Corintheos sexto inquit: 'qui talia agunt, regnum dei non possidebunt', nisi desistant, peniteant ac pro eis satisfaciant.

nonus articulus est, quod repleti sunt invidia diaboli. et precipue in omnibus monasteriis habent inter se magnam invidiam et odium, nam dum elemosina vel aliud datur vel procuratur pro uno collegio seu monasterio, quod alii intelligentes illud invident, et odiunt, mallentque pro se habere, ut canes, cum uni datur et non alteri, quod si percipit, invidet, libencius per se devoraret. quare bonum esset, quod liberarentur a tam magno peccato invidie, et quod nihil eis daretur. sed melius faceretis, quod aufferretis id, quod habent. et optime faceretis eos totaliter expellendo, dicendo eis, quod dominus dixit ad discipulos suos: 'ite, predicate ewangelium omni creature'.

decimus articulus est, quod sunt ociosi et precipue episcopi et alii prelati, qui nolunt diligenter laborare in sacra scriptura, cum qua ipsi possent curam gerere magistris sancte cristianitatis, ad quod se obligaverunt. panem enim suum comedunt ociosi,

2 sacri *am Rande nachgetragen* 4 conversacioni 6 prespiteri 7 digni *fehlt* 11 magnum 12 dare 16 publici *am Rande nachgetragen* 28 odiunt *fehlt* 29 invidetur 31 et quod nihil eis daretur *fehlt* aufferetis

quia, dum alii homines vigilant et laborant, ad hoc ut se enutriant ac filios suos, tunc ipsi coniacent suis concubinis, vel ociose incedunt per loca. aliqui portant aves venaticias, vel sedent in tabernis cum vino, cum concubinis, et canunt, in lutinisque ludunt et ad aleam, ac de melioribus comedunt. et omnes, qui voluntarie ministrant temporalia, erunt participes eiusdem maledicciones, quam deus daturus est eis, quia indigne panem suum manducant. ideo inquit appostolus in epistula secunda ad Thesalonicenses tercio: 'qui non laborat, non manducet'.

undecimus articulus est, quod scienter sunt mendaces. nam ut hominibus complacere valeant, tunc dicunt seu predicant multas fabulas et dictamina, que in sacra scriptura nullam probacionem habent. de consimilibus scribit Johannes in appocalipsi vigesimo primo capitulo: 'omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti et igne et sulphure, quod est mors secunda', que finem non habet.

duodecimus articulus est, quod populo cristiano non ministrant, ut deberent, sacrum corpus domini nostri, Jhesu Cristi, nec rite ministrant, secundum quod instituit et mandavit. quod est diabolicum peccatum, quod hoc attemptare presumunt. et in hoc vellemus eos convincere et probare pape et toto clero cum sanctis ewangelistis, Matheo, Luce et Marco, et Paulo primo ad Corintheos. et vellemus audienciam dare regibus, principibus ac dominis, nec non simul audire volentibus.

tredecimus articulus est, dum in spirituali iudicio resident, tunc sepe secundum favorem sentencias pronunciant et non secundum divinam equitatem, sed eximie mercedem et munera recipiunt, iniuste adiudicantes coram deo. ve consimilibus iudicibus! secundum quod scribit Isaias quinto capitulo: 've vobis, qui dicitis bonum malum et malum bonum'. de quo Salomon dicit proverbiorum secundo: 'qui iustificat impium, et qui condempnat iustum, abhominabilis est uterque apud deum'.

decimus quartus articulus est, dum confessiones audiunt usurariorum, raptorum et male fidei emptorum, venditorum seu monopoliorum, quod tunc ab eis de male acquisitis recipiunt, eciam portant eos ac scienter tollerant ac permittunt in civitatibus et villis et locis. similiter de adulteris et fornicariis utriusque sexus indifferenter non resistunt, nec magna peccata eorum redarguunt,

---

. 3 venacitas 5 et. ad aleam *fehlt* 9 laboret manducat 13 *nach* Johannes *vom Rubrikator* 2L° *getilgt* 18 *vor* ut *gestrichen* sacramentum 27 exenie 28 ad incantes 34 useratiorum 35 manopoliorum

ita ut in eis impleatur, quod scriptura testatur, dicens: 'd
munera ad infernum trahunt oculosque excecant'.

decimus quintus articulus est, quod decimas recipi
populo, volentes habere iure, predicantes et dicentes, ho
ad dandum obligatos. et in hoc falsum dicunt, nec hoc pr
ex novo testamento possunt, quod dominus Jhesus Cristus um
precepit, decimas dare. nec discipuli eius mencionem fece
neque ipsimet receperunt. verum in antiqua lege erat prece
de dando decimas, sed per hoc probare non possunt.
pronunc cristianus populus ad dandum astringitur, eo quod
preceptum in veteri lege de decimis finem habuit in pass
Cristi, sicut et preceptum de circumcisione finem habuit. eate
dilectissimi, considerate et videte, qualiter vestri episcopi
doctores vos seducunt, oculos vestrosque clausos tenent c
non probabilibus rebus aut dictis. nam dominus noster, Jhe
Cristus, Luce secundo inquit: 'date elemosinam, et ecce om
vobis munda sunt'. notate, quod dicit: 'date elemosinam', n
autem: 'date decimas' de rebus possessis. sed postquam audieri
hec verba, possent dicere, quod legisperitus dixit undecim
'magister, hoc dicens etiam nobis contumeliam facis'.

decimus sextus articulus est, quod in diversis mund
partibus suas mutuant pecunias pro censibus et usuris in villi
et in civitatibus, precarias aut perpetuos census seu redditu
habent, velut magni principes et terrarum domini. et in hoc
frivole faciunt contra ewangelium Mathei decimo: 'nolite possidere
aurum, neque argentum'. et in hoc quod ipsi mutuant pecunias super
censibus et usuris, contradicit eis dominus in libro deuteronomio
vigesimo tercio capitulo: 'non fenerabis fratri tuo peccuniam ad
usuram, nec fruges nec qualemcunque rem aliam, sed alieno,
fratri autem tuo absque usura, quod indiget, accommodabis' etc.

vos honorabiles, providi et dilecti domini omnes per expressos
articulos volumus deducere et declarare, probare contra papam
totumque eius clerum multis testimoniis sacre scripture, que hic
non posuimus causa brevitatis.

demum debetis diligenter et singulariter considerare quatuor
puncta, propter que bellamus, que affectamus protegere et
defendere usque ad mortem.

---

1 ut meis 3 a populo *über der Zeile nachgetragen* 4 habentes 8 met 14 cum *fehlt* 15 non causam probabilibus *verb. a.* probabilem 18 decimas *am Rande für durchstrichenes* elemosinas *des Textes* 20 uobis 25 4to 28 ser vabis 29 sed alieno *fehlt* acommodabis

primus punctus est, quod prohiberi debent omnia aperta peccata mortalia clericorum et laicorum, secundum mandatum sacre scripture, quod mandatur multis testimoniis sacre scripture eius etc.

secundus punctus, quod a papa et a toto clero, a maximo usque ad minimum, debent aufferri divicie, debentque depauperari, sicut sancti appostoli domini nostri, Jhesu Cristi, pauperes extiterunt et proprium non habuerunt, neque possessionem super terram, nec duxerunt nec habuerunt secularem potestatem.

tercius punctus est, quod verbum dei libere predicari debet a quolibet ad hoc ordinato et instituto. ad quodcunque regimen declinaverit, sit, quod a nemine impediatur nec prohibeatur, neque a spiritualibus neque a secularibus, palam neque occulte.

quartus punctus est, quod sacrum corpus domini nostri, Jhesu Cristi, debet dari cuilibet cristiano, secundum quod deus instituit et ordinavit et sancti ewangeliste scripserunt.

preterea percepimus concilium celebrandum Basilee, de quo nullus gaudere debet vel letari, sed quilibet debet custodire cum diligencia uxorem suam atque ancillas et filias ab episcopis, clericis et monachis. et nolite credere, quod sanctam faciant congregacionem, aut quod episcopi, clerici aut prelati laborare velint communi pro utilitate ac reformacione cristianitatis. sed ut ipsi valeant tegere ac velare eorum occultam plasphemiam et heresim sub tegimento yppocrisis, et sic impedire ac suppeditare divinam valeant iusticiam, que eis contrariatur multum. quare cum diligencia animum advertite, quod non faciunt congregacionem sanctam, sed sathane et diaboli. videant autem Basileenses, ne ipsi faciant, sicut nonnulli de Constancia fecerunt. qui ab episcopis et prelatis bona receperunt uxoresque suas cum eis dormire permiserunt.

vos karissimi, honorabiles domini, si vos in prescriptis huius littere verbis inveneritis aliqua dure sonancia, scitote, non ea de causa prefata nos posuisse, ut vos velimus plasphemare aut despicere, sed ea racione, ut eo diligencius velitis attendere et perpendere, qualiter cristianitas est custodita et provisa presentibus cum sacerdotibus.

dominus noster Jhesus Cristus vobis det sanitatem anime et corporis. amen.

scriptum anno domini mccccxxx°.

Procopius, Smahars, Korando, Sabis, Senelech capitanie Bohemie.

---

9 *nach* debet *ist* quilibet *durchstrichen* 14 dari *am Rande nachgetragen* 23 ac suppeditare *am Rande nachgetragen* 31 ut nos 34 det *über der Zeile nachgetragen* 36 scriptis

II.

Das got, der almechtig, durch seinen lieben son Jhesum Cristum im heiligen geist uch und allen cristenmenschen obdu die gewissen und erluchte die herzen mit dem liecht seiner gotlichen gerechtikeit und dar in zu bliben bis an das ende, feste und stede, das begern wir mit grozer liebe.

lieben, erwirdigen, fursichtigen, erbern hern zu Nornberg und ir ganz gemeinde, rich und arm, hornt zu und mirkent mit sunderlichem fleiz dise wort dises briefs genwirtigen, der uch ist gesant von dem Bemischen lant.

als uch kund und wissen ist und mangen andern steden und kunig, fursten und hern, das in etzlichen jaren zuschen uns und uch zweidracht ist gewest und seint beweget worden und erzornet wider uns zu streiden und zu wosten, und leider von ewern deile und auch von den unsern manig man, edel und unedel, dorlichen umb ir leben seint komen, und noch nie hant gehort und klerlichen hant vernomen von uns unsern glauben, ob wir den mochten bewern uz der heiligen geschrift oder nicht, und konig, fursten, hern und stet grozen schaden an der sted dovon genomen han.

und das verwundert uns gar grozlichen, das ir dem babst und aller seiner phaffheit also vil geantwort und gelaubet, die uch geben einen vergiften, blinden, unwissen drost in dem, das si uch forgebung sagen aller uwer sünde, und groz genade und aplaz geben durch des willin, das ir sollent striden wider uns und uns verwosten, und ir genad und aploz nicht anders sint dann gruntlugen und eigen groz vergiftung der selin und der libe aller der, die iz glauben und sich dar auf verloszen.

die wollen wir si uberzigen und uberwinden uz der heiligen schrift und lazin zuhoren, und wer da gut zuhorn, dan der babst

---

1 Jehsum 4 und dar in . . . ende *zweimal* 6 *nach* erwirdigen *ist* hern *gestrichen* 8 diesse 11 etzlichem jar 13 *nach* ewern *ist* gnaden *gestrichen* 16 vernemenen was u. 17 bewern G bewarn H 18 und hern grozen schaden und sted 20 gelubet 21 unwisen dorst 22 forgeben und s. 25 dem leben allen den

mit aller seiner phaffheit dun uch damid, als der duffel wolt gethan han Cristo unserm hern, als Lucas schribt in dem vierden cappittel, wie er in furt uf einen hohin berg und zeiget ime alle die reich, die umbreichent die welt, in der zeit des anblickes, und sprach zu im: 'die werden ich dir geben, disen gewalt alle und ir ere, dise ding sint mir geantwurt. dem ich wil, geben ich sie. obe du mich anbedest, alle ding werdent din.' also hait der duffel den babist und alle sein phaffheit betrogen mit dem reichtum diser werlt und mit irdischer gewalt, und wenen, sie haben aplas und gnad zu geben, wen sie wollen. wan sie selbert numer kein gnad finden for dem almechtigen gode, iz sei dan, das sie buze und bezerung dun umb ir groz verleidung der cristenheit. und was mogen sie gebin andern luden, das sie selbert nicht in han! wan der duffel was auch reich in der gelobde und arm in dem geben. als sich der duffel nicht schampt der lugen, also schamen sie sich nicht zu sagen, daz numer war wirt und kein bewerung uz der heiligen schrift inhat. wann mit nicht dermanen sei konig oder furst, hern und stede, wider uns zu streiden durch cristenglauben willen, das der besetzet und beschirmet werden, sunder mer, das sie forchten, das ir heimeliches laster und ketzeri werden offenberlichen. . . . . cristenlichem glauben, so nemen sie die buch der heiligen schrift und komen zu uns und streiden mit uns mit den weffin des gotliches worts, das unser groz begerunge ist. also han gedan die heiligen zwolfboden Jhesu Crist, die sint komen zu den heiden und zu den Juden, und han sie gezogen zu dem waren glauben von dem unglauben. und das gedan han in dem geist der senft, also gespricht Paullus, Gallather in dem sechsten cappittel: 'bruder, ob der mensch wer bekomert mit etzlichen sunden, ir die da sit geistliche, unnerwiset den in dem geist der senfte.' also sollen sie auch dun, und wurde das funden, das sie weren gerecht und wir ungerecht, und wollen uns nicht lazin underwisen, dan mochten sie zu hulf nemen konig,

---

1 allen seinen auch alles duffel gethan hait cristo Jehsu wolt 2 nunden 3 uf wie zaiget G zugett H 4 das umbrechent 5—7 geben gewalt alle dise ding obe 7 *nach* anbedest *nochmals* alle ding ob du mich anbedest *vom Schreiber selbst ausgestrichen* 10 wan 11 pusse und besserunge G buze umb unser b. H 14 reli 15 schampt . . . . nicht *am Rande nachgetragen* 17 inhalt der man en 18 sust und hern steden 20 ketzer 21 *nach* offenberlichen *ist eine Lücke anzunehmen, vgl. oben 2,18* 21 neme 22 scheiden 27 galla weren 28 sechsten *fehlt* 29 in die das ir geistlichinn inwisset iuden 30 seffte 32 underwissen

fursten und hern und alle reichstede, und widersten noch gebot der heiligen schrift.

aber das sie best uzwischung und uzredung aller buschoff und phaffen, magister Hoss und Jeronimi, die zu Costenz worden verbrand, wie sie wurden uberwunden von dem heiligen fatter, dem babst, und von dem ganzen concilium. ir sollent wissen, das sie nicht worden uberwunden mit der heiligen schrift, sunder mit frefel und mit unrecht gewalt, das got noch swerlich wirt rechin an allen den, die dar zu geraden und geholfen han.

und sprechen, man sal das mit recht nicht loszen zugen, das man uns verhorn sol in unserm glauben. und wie mogen sie das bewern in der heiligen schrift, das man uns nicht sol verhorn, so wir das doch lange zeit han begert! nu hait Cristus, unser her, gehort den duffel, als geschriben ist Mathei in dem virden cappittel. sie sint ie nicht bezer dan Cristus und wir nicht erger dann der deuffel. seint sie gerecht, haben dan worheit in in, als sie sprechent, und wir unrecht, was fochten sie dann uns, so sie die warheit nicht durfen forchten for dem lugen, also geschriben stet in dem zweiten buch Esdre in dem nunden cappitel, da Soro-babel ausleget: die warheit insinne des streits und uberwunde alle ding, wann Cristus, der her, ist die warheit und sein rede, als er spricht in dem ewangelio Johannes: 'ich bin der weg, die warheit und das leben. nimant mag komen zu dem vatter, wan durch mich.' wan der duffel ist der anefang der lugen, als geschriben stet Johannis in dem achten: 'er ist ein luger seint dem anfang und instunde nie in der warheit, und die warheit ist nicht in ime.'

und darumb ist uz der babst mit aller seiner phaffheit. hait er die warheit, ane zweifel sie uberwonden uns mit dem worde godes. haben sie aber die logen, ane zwifel sie mogen nicht besten mit aller irer menige.

dar umb lieben, erbern hern und burger, reich und arm, wir ermanen und biden uch und alle reichstede und konig, fursten und hern, durch gotz willen und durch gotliche gerechtikeit willen, das ir das an ander enden von uns schribent und vorkundet und zu wissen dunt, wie wir mit uch mochten zusamen komen uf

3 vsweisunge und redunge G uzredung H alle 6 von dem ganczen G dem heiligen H 7 werdenn 10 mit recht nicht G mit nicht H 12 schrift 14 dri duffel Mathie virden *fehlt* 15 eiger 17 fachten 18 lagen 19 zweiten *fehlt* Esiderium nunden *fehlt* das scribenn 20 in sine 22 der warheit 23 zu dem wege 25 Johannis *fehlt* achten *fehlt* 27 hait die 29 *am Rande nach* logen *nochmals* aber sie ane 30 menige G meinung H 31 erbenn 35 mir mit

einem fruntlichen, gewisslichen dag. und sicherlich das iz uch und uns gefuglich wer. und nemant mit euch uwer buschoff und lerer, so wulden wir mit uns nemen unsere lerer. und laszen wir sie mit den ewern striden mit dem wort gotz, und horen ir und wir zu, und nieman uberwinde den andern mit gewalt oder mit boser listikeit, sunder allein mit dem wort gotz. ist iz, das uwere bischoff beszer bewerung haben ires glauben uz der heiligen schrift dan wir, das unser glauben wir finden ungerecht, wir wollen beszern und buszen und buz entphahen noch dem heiligen ewangelium. worden aber ewer bischoff und lerer uberwunden uz der heiligen schrift von den unsern, so dunt ir auch uns dar umb und dretet zu uns und haldet iz mit uns. wollin dann ewer lerer, bischoff und phaffheit nit ablegen geistlich hoffart und beszern und buszen, so wollen wir uch helfen, so wir best mogen, mit aller unser macht und wellen sie zwingen dar zu, daz sie sich verkeren, oder wollen sie verdriben uz der cristenheit.

ist iz abir, das ewer phaffin sprechen und leren: 'iz gehort den leien nicht, das sie da bi sein und zuhorn', das sollent ir nicht anders fornemen, dan das sie fochten, sie worden uberwonden und geschempt for aller welt. und wisten sie uns zu uberwinden, frilich an zwifel, sie begarten, das manig man zuhort, uf das ir ere dester groszer werde, wie das ir lumet und lop uzgepreitet uf der erden.

und ist auch, das ewer bischoff und lerer finden und worden reden, das man kein verhorung mit uns sol han und ufnemen, und ir in das welt folgen, so dunt eins und lont uch nie man so dorlich verfuren noch verleiden mit irem falschen aplaz, und blibent do heim bi ewer guden, wiben und kinder, und lassint uns herkomen den babst mit allen seinen kardinal und bischoffin, und mit aller seiner pfaffheit, mit iren eigen person, und mit uns striden umb die vergebung der sunden und aplas, den sie uch geben und forgeben konden, und das sie denselben verdinen, wan sie dorfen selber wol aplaz und vergebung der sunden und gnade. wan wir wollen den almechtigen got zu hulf nemen und wollen in aplas gnung geben, also fil sie des bedorfen.

---

2 ober buschoff 3 unsern 5 *nach* gewalt *ist durchstrichen* vber *nach* oder mit *am Rande* boser *nachgetragen* 8 glaub 9 vnd puz G vnd vns H 12 tretet G dinet H emer 13 mit a. heistlicheit 14 hollen 15 willen 16 verkorn verdirben 22 lunet unsgepritet 24 ach 27 vorfuren noch forleiten G verleiden H jrenn 31 und die 32 *vor* verdinen *ist* uber *durchstrichen* 33 dorff

aber iz ist ir listege uzredunge, das sie sprechen: 'iz gehort der phaffheit nit zu, das sie fechten sollen mit liplichen waffen.' ..... und iz ist also fur wenig gescheen. gehort in zu, das sie andern luden raden zu striden, wan Paulus spricht in der epistel zu den Romern in dem ersten cappitel und in der zu den Galathern in dem funften ..... das: 'alle, die solich ding dun, die seint schuldig des dods, und nicht allein, die ez dun, alle die iz gehengen dorren.'

und ist iz, das man nicht anders dar zu wil dun, dan mit wider uns fechten, so wolle wir got zu hulf nemen und sein warheit und sie beschutzen und beschirmen biz in den dot, und wollen nicht erschrecken für dem fluchen und bannen des babst und aller seiner kardinelbischöff. wan wir wiszen wol, das der babst ist nicht got, als er sich macht, er mocht verfluchen und verbannen, wen er wolt, und selig machen, wen er wolt, wan er hait uns mannigfeldig jar verfluchet und verbannen, und got hait uns nicht desto minder geholfen. sein gnaden sei gedanket!

aber ir mocht wol licht sprechen: 'obe wir nu wole sehen, das bischoff und phaffen wol schnod und bos seint, mochten wir ir doch nit entbern, wan wir musten sie haben. wer wulde uns unser kinder deuffen und unser bicht horn und die heiligen sacrament geben? und wir worden sein in dem ban des babst und der buschoff.' allirliebest, der dinge durft ir nicht frochten, denn bannen des babst schadet uch nicht. nu hudet uch furem gotlich bannen! wan got wirt iz wol schicken, ob ir verdribet die bosen buschoff und phaffen, das uch worden gericht phaffen, die auch deuffen und bicht horn und auch die heiligen sacrament gebin. wo so der duffel wirt uzgetriben, da wirt stat geben dem heiligen geist, also auch wo uzgetriben werden die bose bischoffe und paffen, so werden den stat geben den guden.

nu sprechen uwer bischoff und pfaffen, das wir unglaublich

---

1 listige G listegung H 3 *und* 6 *ist je eine Lücke anzunehmen, vgl. oben 4,16 und 19* 5 in dem Salatorien III das 9 nich 10 wider uns zu vechten G widerfechten H 11 und beschutzen 12 nich fluch 13 kardinel bischöff macht vißlichen und verbannen wan wir 16 *nach* uns *ist* nicht desdo beszer *vom Schreiber selbst durchstrichen* 17 desta minder 18 jm wolle 19 und machten *danach* wol leich *durchstrichen* 20 entbern *verb. a.* ernbern 21 des h. 23 n. und keines forchten G n. und kein frocht H 24 schadet] schen so der auch *zweimal statt* uch hudet *verb. a.* hundert furem dem 25 verderbet 26 phahen und das auch 27 des h. 28 gebein wir *zweimal statt* wirt 29 wo *fehlt* 30 *vor* guden *über der Zeile* auch *nachgetragen* 31 *vor* bischoff *ist* sch *durchstrichen* unglublich

